

antheræ subrotundæ biloculares. Styli duo vix basi concreti longi revoluti. Fructus 1-spermus ovato-oblongus. — Herba pusilla multicaulis. Folia opposita conferta subdisticha linearia acuta. Flores sessiles axillares parvi albo-virides basi 5-bracteati, bracteis 4 linearibus integris, quintâ majore serrulatâ.

1. *C. MULTICAULE*.  $\frac{1}{2}$  in Mexico. *Bivouea multicaulis* fl. mex. ic. ined.

Trib. III. *POLYCARPÆÆ*.

Calyx 5-partitus. Petala 5 aut nulla. Stam. 1-5 imo calyci inserta. Styli 2-3 nunc à basi liberi nunc concreti. Capsula 1-locul. polysperma. Semina placentæ centrali adfixa. — Herbæ aut suffrutescens. Folia opposita. Stipulæ scariosæ. — Stamina in hâc tribu sunt ferè hypogyna in Polycarpo, omnino ut videtur hypogyna in Polycarpæa Stipulicidâ et Ortegiâ ad Caryophylleas vergentibus, sed stipularum præsentia et staminibus numero petalorum subdistinctis et habitu magis ad Paronychieas acceditibus.

IX. *POLYCARPÆA* Lam. *journ. hist. nat.* 2. p. 8. t. 25. — *Hagea Vent. tabl.* 2. p. 240. — *Mollia Willd. hort. berol.* 1. p. 11. — *Lahaya Rœm. et Schult. syst.* 5. p. 402. — *Hyala Lher. mss.* — *Anthyllidis spec. Adans.* — *Polia Lour?*

Calyx 5-partitus aut profundè 5-fidus; sepalis planiusculis margine membranaceis, nec carinatis nec mucronatis. Petala 5 et Stam. 5 ferè hypogyna. Stylus filiformis et Stigm. 3, aut potius Styli 3 in unicum concreti. Capsula 1-locul. trigona 3-valvis polysperma. — Herbæ ramosissimæ. Folia opposita, sed ex ramis axillaribus foliosis sàpè quaterna aut sena videntur. Stipulæ scariosæ. Flores cymoso-corymbosi exalbo-virescentes. — Nomen vetustius retinui, non tantum ad visitandas nominum confusiones et mutationes in quibus incident hi qui à jure prioritatis deflectunt, sed quia optimum in eo quod indicat summam hujus et Polycarpi affinitatem.

1. *P. GNAPHALODES* (Poir. suppl. 4. p. 473.) caule suffruticoso prostrato, foliis oblongis cano-tomentosis, floribus in cimas terminales subcapitatas congestis.  $\frac{1}{2}$  in arenosis Africæ circâ Mogador et ins. Magnæ Canariæ et Teneriffæ. Illecebrum gnaphalodes Schousb. mar. 1. p. 117. Polycarpæa microphylla Cav. anal. scienc. n. 7. p. 25. Hagea gnaphalodes Pers. encycl. 1. p. 262. Lahaya gnaphalodes Schult. syst. 5. p. 405. Mollia gnaphalodes Spreng. syst. 1. p. 795. excl. syn. (v. s.)
2. *P. LATIFOLIA* (Poir. l. c.) caule suffruticoso diffuso, foliis obovatis aristâ mucronatis, caulinis subsenis verticillatis, ramorum oppositis, cymis terminalibus corymboso-capitatis, stipulis bracteis calycibusque scariosis acuminati.  $\frac{1}{2}$  in Teneriffæ rupibus sylvaticis. Mollia latifolia Willd. euum. 1. p. 269. Schrank. pl. rar. h. mon. t. 29. Lahaya latifolia Schult. syst. 5. p. 403. (v. s. comm. à cl. Broussonet.)
3. *P. TENERIFFÆ* (Lam. *journ. hist. nat.* 2. p. 8. t. 25.) caule ramoso diffuso, foliis caulinis petiolatis ovatis subsenis verticillatis, cymis dichotomis corymbosis multifloris, calycibus margine membranaceis. (1) in Teneriffâ ad vias. Illecebrum divaricatum Ait. kew. ed. 1. v. 1. p. 291. ex ed. 2. Hagea Teneriffæ Pers. encycl. 1. p. 262. Mollia diffusa Willd. hort. berol. 1. t. 11. Lahaya diffusa Schult. syst. 5. p. 402.
4. *P. ARISTATA* (Chr. Smith! in litt.) caule ramoso suffruticoso, foliis subsenis verticillatis lanceolato-linearibus, junioribus sericeis aristâ mucronatis,

- vetus* subglabratis submuticis, cymis corymbosis terminalibus, calycibus margine membranaceis. ♂ in Canariis ad Pico de Teyde. Illecebrum aristatum Ait. kew. ed. 1. v. 1. p. 290. Mollia aristata Ait. kew. ed. 2. v. 2. p. 62. Lahaya aristata Schult. syst. 5. p. 403. Caulis ex spec. meo videtur erectus, dicitur diffusus ex hort. kew. (v. s.)
5. *P. MEMPHITICA* (Delil. fl. egypt. 67. t. 24. f. 2.) caule herbaceo diffuso ramoso villoso, foliis subsenis verticillatis ovali-oblongis in petiolum angustatis, cymis terminalibus paucifloris, sepalis pubescentibus margine membranaceis. (I) in arvis Kahiri, in insulis Niloticis et secus rivos Nili. Stylus brevissimus. Stigm. 3 subsessilia. Petala integerrima, omnino diversa à *P. gnaphalode* quâcum conjunxit Sprengel. (v. s.)
6. *P. FRAGILIS* (Delil. l. c. 65. t. 24. f. 1.) caule herbaceo prostrato fragili, foliis oppositis aggregatis lanceolatis mucronatis margine replicatis, cymis corymbosis terminalibus multifloris. ♀ in Ægypti desertis ad Pyramides Gyzenses, etc. Mollia fragilis Spreng. syst. 1. p. 795. Stylus filiformis petalorum longitudine. Semina 8-10.  
*a. incana*, caule foliisque cinereo-tomentosis. (v. s.)  
*b. virens*, foliis glabris. — Corrigiola repens Forsk. descr. 207. ex Delil.
7. *P. STELLATA*, caule diffuso ramosissimo suffruticoso, foliis subsenis linearibus planis ramisque pilosiusculis, cymis terminalibus multifloris corymbosis, calycibus scariosis. (I) in Guinéa. Thonning. Achyranthes stellata Willd. spec. 1. p. 1195. Mollia stellata Willd. hort. ber. Lahaya stellata Schult. syst. 5. p. 403. Radix perpendicularis simplex. Habitus *P. teneriffæ* sed folia linearia. (v. s.)
8. *P. CORYMBOSA* (Lam. ill. n. 2798.) caule erecto herbaceo tomentoso, ramis divaricatis, foliis subsenis linearibus aristatis, cymis corymbosis laxiusculis, calycibus scariosis acuminatis. (I) ♀ in Zeylonā. Achyranthes corymbosa Linn. spec. 296. (excl. Pluk. syn. ad Celosiam Monsoniæ refer.) Willd. spec. 1. p. 1196. (excl. Lour. syn. ad Polycarpæam spadiceam refer.) Lahaya corymbosa Schult. syst. 5. p. 404. Polyc. indica Lam. journ. hist. nat. 2. p. 8. Celosia corymbosa Roxb. fl. ind. 1. p. 310? — Bocc. mus. 44. t. 39. bona. — Burm. zeyl. t. 65. f. 2. (v. s. ex herb. Burm. comm. ab am. Delessert, et ex herb. Van Royen comm. ab am. Delaroche.)
9. *P. SPADICEA* (Lam. l. c. n. 2799.) caule adscendente diffuso ramoso basi suffruticoso, ramis tomentosis, foliis linearibus obtusiusculis, junioribus subtomentosis, cymis terminalibus corymbosis, calycibus scariosis. ♂ ♀ in Indiâ orient., Malabarîa, Tranquebar. Rheed. malab. 10. t. 66. Celosia corymbosa Willd. sp. 1. p. 1200. excl. Retz. syn. Mollia spadicea Willd. hort. herol. Lahaya spadicea Schult. syst. 5. p. 405. Polia arenaria Lour. coch. 1. p. 204. Affinis *P. corymbosa* sed diffusior; folia latiora et breviora; verticilli minus distantes; calyces minus acuminati. Fortè Paronychia subulata DC. in Lam. dict. 5. p. 25. seu Illecebrum subulatum Pers. eadh. 1. p. 261. huc referenda? (v. s.)
10. *P. TENUIFOLIA*, caule erecto ramoso, foliis oppositis linearisubulatis subtus carinatis, cymis terminalibus dichotomis corymbosis, calycibus scariosis capsulae longitudine. ♂ in Sierrâ-Leonâ. Achyranthes tenuifolia Willd. spec. 1. p. 1196. Mollia tenuifolia Willd. hort. ber. Lahaya tenuifolia Schult. syst. 1. p. 404. Folia margine revoluta. Stipulae minutæ diaphaneæ.
11. *P. GLABRIFOLIA*, caule erecto ramoso suffruticoso, ramis pubescentibus, foliis glabris oblongo-linearibus obtusiusculis stipulis duplo longioribus, cymis congesto-capitatis terminalibus densis multifloris. ♂ ♀ in Sierrâ-Leonâ. Differt à prioris descriptione foliis nec subulatis, nec carinatis, nec